



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Germanus Paris. Ep. 28. Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

mite. Nam ad Lateranum Angelum invenit, quod
toto itinere latus euntis stipavit, dolentis credi-
cūm urbem aspiceret, quod iter longius non fu-
set. Jam sub ingressum, cūm miraculo prodita es-
set (morbum nescio à quo remoyerat) nobilē
hospitem, nobile hospitium carcer martyrum ex-
cepit, ita Agathio Procos. jubente. Exin scorpio-
nibus cæsa cecinit. VII. dies noctesque sine victu
clausa cum Angelis vixit, oblita jam cibi, aspectu
satiata. Denique capite unā cum Cyrillo Episco-
po aliisque truncata, cælum subiit, cūm carcer
custodes, & adeò carnifices miraculis captos et
dem viā nuper jam præmisisset. Ex Ferrar.

*Non est injustus Deus, ut obliviscatur operis boni
vivit apud eum memoria beneficii semel accepti. Bi-
tus, apud quem Deus vel semel requiem invenerit;
cujus tabernaculo vel horâ unâ requieverit. Gueni-
serm. 3. de Ass.B.M.V.*

S. GERMANUS PARIS. EP.

28.Maii.

GERMANO mors nondum nato, ab ipsâ, quo-
dabomineris, matre; nato ab aviâ propinqua
est. nihilominus inter domestica latrocinia ado-
leuit, veneno priore maternis visceribus, sine no-
xâ fœtûs, diffuso, altero ad aviaë filium delato
æquissimo sine dubio errore, ut, cui Germani ha-
reditas quærebatur, idem paratam innocentie-
stem biberet. GERMANVM contrâ Parisensis mi-
tra expectabat, & in omnes morbos jus, benevo-
lentiâ Numinis maleficia mortalium in ejus glo-
riam vertente. Saliva ejus, vestium lacinia, tra-
men, quod in cubitu pressisset, vim medicam ha-
buere. Hæc alexipharmacæ etiam Reges ambi-
bant.

bant. Clotharius, quod virum sanctum parum ci-
vili pro foribus morâ fatigasset, injuriam febri
luit, quâ modestior factus, postridie S. viri pallio-
lum osculis trivit, eoque intestinum ignem extin-
xit. Unicam literulam chirographi ejus delinxif-
fe, monacho biennium ægro saluti fuit. Fugien-
tem animam illustris femina filo de viri veste ra-
pto retraxit. Alteri jam exanimi cum frigidâ vi-
tam infudit. Unicâ voce flamas sopivit, Crucis
signo compedes solvit, pupulatores agrorum ur-
fos extinxit, totas dæmonum catervas fugavit. Et
tamen hic morborum, & ipsius adeò mortis
triumphator, obitûs sui diem non animo modò,
sed oculis etiam ingerere non destitit; hoc ad le-
sti spondam epigrammate affixo, V. KAL. Jv-
NIAS: id quod spectaret non antè intellectum est,
quam eodem die octogenario proximus decede-
ret. Tu, si sapis, ne incerta hora te mortis fallat,

E.P.

Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.

Ex Surio.

Homo lenocinantem mundi gloriam sub judicii sui
calcibus deprimat, virorem carnis aridum jam pul-
verem credat, diem sua vocationis tanquam specu-
lum suis obtutibus semper anteponat, districtum ulti-
ma discussionis judicium contremiscat. S. Pet. Dam.
1.1.ep.17.

S. CONON MART. 29.Maii.

N Obilitatem Cononis inde æstimo, quod
totis elementis imperavit. Nam & ruentis
fluvii impetum tam diu suspendit, dum homines
otiosi transirent; & aliâs latè campos inundantem
ad modestiam revocavit veteresque riparum le-